



# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Formularium Episcopale**

**Barbosa, Agostinho**

**Coloniae Agrippinae, 1680**

Formula XXXIX. Facultas colligendi eleemosynas in Parochia tantum pro  
Confraternitate S. N.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10456**

## CIRCA QUÆSTORES ELEEMOSYNARUM

**C**IRCA Quæstores Eleemosynarij nullo modo per se, nec per alium prædicare possunt; ut disponit. Concil Trident. sess. 24. de reformat. cap. 2. in fine, nec Indulgencias predicare, ut statuit idem Concil. sess. 21. de reform. cap. 9. Ideo Episcopus in concedenda illis facultate colligendi eleemosynas hæc, vel simili forma ut debebit.

## FORMULA XXXIX.

Facultas colligendi eleemosynas in Parochia tantum pro Confraternitate S. N.

**D**odericus &c. Dilecto nobis in CHRISTO, Tibi N. homini laico, cuius vita, & mores per testificationes nobis factas probantur, his nostris literis eleemosynas nomine Confraternitatis seu Ecclesiæ S. N. petendi facultatem damus, his infra per te servatis conditionibus: eleemosynas solum intra fines Parochiæ S. N. ejusque viciniam ostiatim colligas, præforibus ejusdem Ecclesiæ in iis petendis subsistens nullo modo per Ecclesiam vagando procurare, aut colligere eas tibi licet. Vas illud, quodecumque sit, quo uteris ad eleemosynam excipiendo, duabus clavibus claudatur, quæ diverso fabrili opere sint, earum altera apud N. à nobis electum, altera verò apud eum, qui pro tempore ejusdem Confraternitatis Prior extiterit. Illud

officium gratis, vel constituta certa mercede præstabis, nec ullo modo eleemosynæ particeps sis. In quotum fidem &c. Dat. &c.

## FORMULA XL.

Facultatis colligendi eleemosynam in urbe, & Diœcesi.

**D**odericus &c. Dilecto nobis in CHRISTO N. Salutem necessitatibus, atque allis domesticis difficultatibus... quantum possumus succurrere volentes, tibi homini laico, cuius vita, & morum probitas nobis per testificationes factas commendantur, eleemosynas querere, petere, & colligeret in Urbe & Diœcesi nostra per præfentes licere volumus, præstito priùs perte corporaliter ratiis scripturis jamento, quod eleemosynas quas collegeris, fideliter.... consignabis, nec Indulgencias alias promulgabis, non prædicabis, nec orationes recitabis, privilegia nulla, aut Sanctorum imagi-